ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

S. P. Multis cumulis pectoris mei sacrarium intras, Clarissime
Hugene, qui sedula procliuitate titiuillitio nostro insidens
filij quoque mei rationes non negligis. Promotum eius
aetas, cuius ingenium nullo non Maecenate dignum est, pro-
bitas in omnes numeros extensa, eruditio supra sanguinem
euecta. quo zelo perseuerare te precor, ne diu in scholae vo-
lutabro marcescat, qui familiae nostrae faces aliquando ac-
cendet, non sine Patriae publicae utilitate, et ciuium salute.
Sed in filio solo operam tuam non desiderabis, postquam in pa-
tre se prodit, in quo ingenium tuum experiri potes. quis enim
me vel Aulae negotijs aptior, vel ciuili administrationi
magis commendet? linguas enim seculi huius vernaculas
mente pariter et manu exercere noui, promtitudinem in sup-
plicibus daturus, si exercitijs occasio fauere dignetur. Ex me-
dicina vero silentium vendor, quae tuam ubique consilio-
rum ubertatem exercere potest; nunc maxime Amstelreda-
mi opima spes abblanditur, postquam successionis ordine
filius meus addicatam spartam tutatur. Sed taediosa am-
bages et inter pseudomedicos aliquot exercitia obeunda
a valetudinarijs me reuocare videntur, siquam vitae
par alimonia, et moribus nostris digna Andromeda ex-
latebrari possit. In quo te, Clarissime, Hugene, valentis pa-
trocinij virum esse noui, in Latina aula celebrem, apud
Magnates rarum fortunae promum condum. alibi dignum
patellae operculum inuenitur, si tibi indagandi studium
applicare non aegrescit. Cuius generis conditiunculas adum-
bres, ipse extra perdarium suggestum intelliges. Omne
minimum conseruationi nostrae dignum erit, cui tu te
patronum praestabis. Ego faxo ne calculis tuis vitam
benignitati quid debeat, sed in omnibus probitatis faces
tanquam protegens versare me spondeo. gaudebis ali-
quando te Laeidem versante fortunae nostrae architectum
iam consummatam esse. Cui gaudio deus se comitem
praebebit, ut valetudine bene sit curata rebus tuis
prosperis possis, et per honorum augmenta periodo facta
in caelitum ditione, absolutam cumulis suis beatitatem
nanciscaris. Vale Clarissime Hugene. Hagae Comitis
VIJ Cal. April. CIↃ.IↃC.XXVI

Tuus

Petrus Gruterus

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruter) 10
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/585e

Edelentveste hooch geleer-
den heer myn heer Con-
stantinus Hugenius Ridder
Erffburchgraue ende heer
van Zuylichem, raedt ende
Secretaris van syn pr.
Excellentie etc.

Par amis

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruter) 10
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/585e